¶ Bñdict⁹ qui veīt ī noīe dñi. Et fit ſignum crucis ad deſignādum ꝙ iſte ꝗ veīt cruce triumphauit. O ſanna id eſt obſecro ſaluifica populum tuū. in excelſis id eſt in altiſſimis. qꝛ nō ſolum inſtaurauit ſalutem ī terra. ſꝫ etiam ī celis ruinam angeloꝝ. Iſtud igiᷓ hymno ſcꝫ ſanct⁹ dicto. exierūt ieſus ⁊ diſcipuli eius de domo refectorij in mōtem oliueti ⁊ ibi trās torrētem cedron cepit pauere et tedere ac meſt⁹ eſſe ex forti imagīatione horrēdiſſime paſſiōis ſue inſtantis dicēs. Triſtis eſt aīa mea ⁊c. Hic cogitem⁹ attētius ꝗlis fuit ille timor chriſti quem tamē ſpōte aſſumpſit et tamē cum deſiderio hoc paſca amariſſime paſſionis mādŭcare deſiderauit ⁊ exultauit vt gygas ad currēdam viam paſſiōis qꝛ factus ī agonia prolixius orabat ⁊ fact⁹ eſt ſudor ei⁹ tanꝗꝫ gutte ſanguīs decurrētis ī terrā ex caloꝛe nimij ⁊ exceſſiui amoris expellētis timorem ſanguīs eius ꝗ eſt fideliᷓ amic⁹ nature ad ſubueniēdum nob membris chriſti īfirmis veneno ſerpētꝭ ītoxicatꝭ ꝗ pri⁹ effluxit ꝗſi neſciēs expectare quouſꝗꝫ vi cōpelleretur. Eia o dulciſſime ieſu quāto dilectionis ardore me dilexiſti ꝑ quo cōtra naturam ex ardēti patienti deſiderio calidum ſanguinem vſꝗꝫ ad terram ꝓfluentem ſudaſti ⁊ tūc tuū corp⁹ tātum viſum ē timore cōcuſſum. vt angel⁹ de celo apparuit te cōfortās. Anguſtias ꝗdē cordis tui ſudor ille īdicabat ſanguine⁹. Aīaduerte igiᷓ o ſacerdos quāta puritate tremore et reuerentia ad illud ſacramētum accedas ad qꝺ chriſt⁹ acceſſur⁹ quādo pati voluit ſanguineū ſudorē ſudauit. In quo fuit mirabiliᷓ ⁊ ineffabiliᷓ ipſe ſacerdos ⁊ ſacrificium.

¶ Incipit hic canon.

Canon id ē regula. qꝛ fᷓt chriſti paſſionem ꝗ eſt tāꝗꝫ regula ī iſto toto officio. Item oīa verba cano

nīs cum deuotiōe et ſilētio q̄ſi cum deo loquēs recitādo exprimat Dicit īnocēti⁹.q̄ ī canone aliud ṽba.aliud ſig et geſtus ꝑtendūt.q꞉ ṽba principalit̄ ꝑtinēt ad eucbari ſtiam cōſecrādam. Signa vero principalit̄ pertinēt ad biſtoriam dn̄ice paſſiōis recolēdam Et ſic ꝑ ſigna cruc̄ꝫ ordinem tormēti dn̄ice paſſionis recolim⁹ vt patebit in proſequutione. Augu.iiij.de tri.noſtꝝ ſacrificium eſt ſacramētū oblatiōis ieſu ī cruce. ⁊ ergo etiam īcipit a lrā thau ſic formata.q̄ ſui forma ſignum cruc̄ꝫ oſtēdit ſnꝑ quam figuram moyſes ī deſerto ſerpētem eneum q̄ figura chriſti fuit erexit. Vocat̄ etiam ſecreta.ṽba enī que ī canone dicunt̄ ſecretiſſimā hn̄t ṽtutem ſcꝫ cōmunicādi ea q̄ ſunt diſtātia ī infinitum.tam enī occultam habent vim ṽba canonis q̄ etiam āgeli de eoꝝ ṽtute mirātur.⁊ ideo ſumm⁹ ſacerdos ī lege ſol⁹ tanq̄ꝫ ī locum ſecretiſſimum ītrauit ī ſancta ſcōꝝ.⁊ ī feruore dei cum igne et thure ⁊ ſanguine.⁊ ſic ſacerdos euangelicus celatur corticijs in laterib⁹ altaris ne īpediat̄ a ſecreto ſuo ⁊ vt ſit ſol⁹ ⁊ maxīe eleuat⁹ ī deum feruore charitat̄ꝫ cum memoria ſanguīs chriſti effuſi ī mōte oliueti ⁊ ī ſignum q̄ ieſus ꝓcidēs ad terrā ī faciē ſuā ī mōte oliueti dicēs Pr̄i ſi poſſibile ⁊c. Ipſe ſacerdos pauēs ⁊ tremens īclinat ſe humiliter orans ⁊ dicens.

Te igit̄ clemētiſſime pr̄ ꝑ ieſum chriſtū filium tuū dn̄m nr̄m.ſupplices rogam⁹.ac petimus vti accepta habeas ⁊ bn̄dicas hec dona

Hec prima crux ſt q̄ chriſt⁹ fuit tradit⁹ ad mortem Primo a pr̄e ſuo ex nimio amore ad nos Gre. O mira circa nos tue pietat̄ꝫ dignatio.o īeffabil' dilectio charitatis.vt ſeruū redimeres filium tradidiſti hec munera Hec crux ſecūda ft q̄ tradit⁹ fuit a ſeipſo.q꞉ ꝓceſſit obuiam eis ad eum capiēdum venientibus et ait. Quem q̄rit̄ꝫ.et reſpōderūt.ieſum nazarenum.ecce ſuꝑ

te ſamſon philiſtini ſʒ exterruit eos dicēs. Ego ſum Jte rum inērogauit eos quē q̄rit ʒc. ego ſum. ſi ergo me q̄ri tis. ſinite hos abire. Be. O bone ieſu ſi me non pl⁹ dilexiſ ſes q̄ꝫ te nō dediſſes te ꝓ me. Maiorēʒ charitatem nemo hʒ q̄ꝫ vt aīam ſuam ponat q̄s ꝓ amicis ſuis. ſed o ieſu tu maiorē charitatē habuiſti. poſuiſti aīam tuā ꝓ inimicis tuis. hec ſan cta ſacrifica illibata. Hec ter cia crux ēt q̄ etiaʒ fuit tradit⁹ a diſcipulo ſuo iuda frau dulent̄ oſculo. O bone ieſu os tuū in quo dol⁹ nō eſt iūc tus ori qd̄ abūdauit malicia ⁊ neq̄cia dulcit̄ ⁊ amicabili ter applicuiſti. O innocēs agne q̄d tibi ⁊ lupo illi. ſʒ hec feciſti vt prauitatem cordis illi⁹ emollires O ieſu ꝓſtra uerūt igit̄ te crudeles ⁊ fures ⁊ iudei in terram ⁊ duriſſi me ꝑcuſſerūt collum tuū ⁊ man⁹ tuas īuicem dire funi bus ligabāt ⁊ tanq̄ꝫ furioſi ⁊ rabidi lupi in te agnū ſeui ebāt. Tu vero tanq̄ꝫ agn⁹ innocēs te turpit̄ ligari ꝑmi ſiſti. q̄s igit̄ audiet ſine gemitu q̄liter tibi ī illa hora horri da iniecerūt man⁹. O bonas ⁊ īnocētes man⁹ tuas vin culo cōſtringētes te agnum māſuetiſſimū nihil oblоq̄n te. Vn̄ inſtar latronis cōtumelioſe te cum fune contra xerunt. Tu vero nō ceſſeſti ſuꝑ inimicos tuus fauū di ſtillare dulcedīs tue. nam malcho aurem a petro ampu tatam reſtituiſti et ignominioſe ac violent̄ ad domū an ne ductu⁹ es ⁊ ab eodē examinat⁹ ⁊ alapha dire ꝑcuſſus ¶ Jn primis q̄ tibi offerim⁹ ꝓ eccīa tua ſancta catholica quam paciſicare. cuſtodire adiuuare ⁊ regē digneris to to orbe terraꝝ. vna cum famulo tuo papa nr̄o. N. et an tiſtite. N. et rege. N. ⁊ omnib⁹ ortodoxis atq̄ꝫ catholice et ap̄lice fidei cultorib⁹ Memēto domine famuloꝝ famu larumq̄ꝫ tuaꝝ. ſcʒ tuiipſi⁹ conſanguineoꝝ parētum ſp̄ū alium ⁊ carnalium benefactoꝝ inimicoꝝ ⁊ eoꝝ qui tibi ſe commēdarūt ꝓ filijs cōfeſſionis ⁊ ꝓquib⁹ orare tene ris. olim ſol⁹ pontifex intrauit in ſancta ſanctoꝝ orans

pro ſe ⁊ domo ſua. ⁊ p vniuerſo cetu filioꝝ iſrahel. Leuiti
ci.xvi. Ante primi memoriam potes cogitare primum
articulum paſſionis chriſti in domo cayphe ꝙ ibidem du
ctus ligat⁹ a multis falſis teſtib⁹ accuſatus ⁊ vt agnus
innocēs coram tandēte ſe tanq̄ reus omnium peccato
rum noſtroꝝ que ſpōte ſupra ſe ſumpſit obmutuit. Et
adiurat⁹ a caypha ſtridente ⁊ fremēte reſpōdit ammodo
videbitis filium hoīs ⁊c̄. Tūc omnes circumſtātes in
eum irruebāt dicētes. Reus eſt mortis. Circa ſecundi
memoriam ſcꝫ gtōꝝ. nota ꝙ alij expuerūt in faciem ⁊ in
os ei⁹ adeo ꝙ non erat aſpectus ꝓpter abūdantiam ſpu
toꝝ quam faciem angeli deſiderāt cōſpicere. ⁊ cōuerſus
ieſus reſpexit petrum q̄ eum ter negauit rogas deū vt
te illo reſpectu aſpicere dedigneť ⁊ inſtar petri deplāge
peccata qui dominum tuū ſepe negaſti. ¶ Ante memo
riam datiuoꝝ. nota ꝙ aliqui euellebāt barbam ⁊ crines
capitis ei⁹. Iſa.v. Corp⁹ meum dedi percutientib⁹. ⁊ ge
nas meas vellentib⁹. Ante memoriam accuſatiuoꝝ. no
ta ꝙ aliqui percuſſerunt eum cum palmis in facie. alij
dederūt ei colaphos. ſic ꝙ ex talib⁹ verberibus facies ei⁹
intumuit. Vñ fere tota nocte ad columnam ligat⁹ ob
mutuit tanq̄ agnus innocens.

¶ Ante memoriam vocatiuorum Nota ꝙ tam amabi
lis fulgor egrediebatur de oculis eius ꝙ eum videntes
in faciem. conceptam maliciam in animo non poterant
ad libitum conſummare. ſecundū Hieronymum. Ideo
maculauerunt faciē ei⁹ percutiētes caput eius dicētes:
prophetiſa nobis quis eſt qui te percuſſit.

Et omnium circumſtantium quorum fides tibi cogni
ta eſt ⁊ nota deuotio ꝓ quibus tibi offerimus. vel qui ti
bi offerunt hoc ſacrificium laudis pro ſe ſuiſq̄ omnibus
pro redemptiōe animarum ſuarum pro ſpe ſalutis ⁊ in
columitatis ſue tibiq̄ reddunt vota ſua eterno deo

viuo ⁊ vero Cōmunicātes ¶ Hic orat ſacerdos ꝓ illis quoꝝ memoriam habuit ante Vn̄ notādum ꝙ ſacerdos legal' intrās ſcā ſcōꝝ erat indutus ſuꝑ humerali qđ in vtroqꝫ humero habebat vnū magnum ⁊ p̄cioſum lapidem onichinū ⁊ in ſingulo erāt ſculpta ſex nomina filioꝝ iſrl' q̄ ſimul ſunt duodecim qꝛ ipſe ſacerdos portabat on⁹ populi ī humeris ſuis. Leui.xi. hoſtia ꝓ pctō data eſt vob̄ vt portetis iniq̄tatem multitudis ⁊ rogetis ꝓ ea in ꝯſpcū dn̄i. Similit̄ erat indut⁹ alia veſte. q̄ dicit̄ rōnale ⁊ ī illa circa pect⁹ erāt.xij. lapides p̄cioſi ⁊ in quolibet eoꝝ erat ſculptū vnum nomē duodecim filioꝝ iſrl' qꝛ ſacerdos ille habuit oēm ppl'm in pectore iugis meditationis. Et ſic anxietat⁹ onere pctōꝝ ſui ⁊ toti⁹ ppli p̄cat̄ deum vt ſaltem meritis patriarchaꝝ duodecim dig̃ret̄ ppl'o ꝓpiciari. Deu.ix. Sic etiam ſacerdos euāgelic⁹ in ſancta ſcōꝝ eleuat hic humeros ſuos q̄b⁹ impoſitum eſt totum on⁹ populi. ꝓ quo ex nimia anxietate ſpirit⁹ precat̄ dn̄m vt ſaltem meritis p̄riarchaꝝ. ſcꝫ xij. apl'oꝝ quoꝝ noīa hic recitat. ſimilit̄ hꝫ in pectore iugis meditatiōis on⁹ ppl'i ad orādum ꝓ eo ⁊ p̄cipue ꝓ illis q̄ꝝ ſtipēdijs ⁊ elemoſinis ſuſtentat̄ ⁊ quoꝝ memoriam ante habuit ⁊ hoc etiam meritis xij. martyꝝ quoꝝ etiam noīa hic recitat. infra vero ſcꝫ ſupra q̄ ꝓportio⁹ ponit totum onus populi ſupra caput agni q̄ tollit peccata mūdi

¶ Cōmunicātes ⁊ memoriā venerātes In primis gl'oſe ſemꝑ v̄gis marie genitricis dei dn̄i noſtri ieſu chriſti ſed ⁊ beatoꝝ apl'oꝝ ac martyꝝ tuoꝝ. petri pauli andree iacobi ioānis thome iacobi philippi bartholomei mathei ſymonis ⁊ thadei lini cleti clemētis ſixti cornelij cipriani laurētij chryſogoni ioānis ⁊ pauli coſme ⁊ damiani ⁊ oīm ſanctoꝝ tuoꝝ quorū meritis p̄cibuſqꝫ cōcedas vt in oīb⁹ ꝓtectionis tue muniamur auxilio ꝑ xp̄m dn̄.no.

Cogita ꝙ mane facto ieſus dire vinct⁹ ducit̄ de domo

ca yphe ꝑ plateas ⁊ mr̄ ſua vidit eum a di. derelictum et
cõſputum tanq̄ʒ leproſum. ⁊ ieſus reſpexit matrem. co
gita illum mutuū reſpectū quid tūc mr̄ potuit dicē ad
filium ⁊ cuiꝰ cordis erat tuipſe cogita. qꝛ hoc nimis lon
gum eſſʒ dicē aīe deuote. Sic em̄ p̄ñtaƭ pylato et ſtetit
coram eo dimiſſo capite patiētiſſimo corde ⁊ ſteterūt cō
tra eum tanq̄ʒ gygātes ⁊ terribilibꝰ oculis eum intuebā
tur. Accuſantes eum de tribꝰ ſcʒ q̄ꝛ cōuertit ppl'm. ⁊ fili
um dei ſe fecit. ⁊ qđ tributū ceſari dari ꝓhibuit. Tercio
q̄ꝛ regē ſe dixit ſʒ eccl'ia in ꝑſona chriſti q̄rit ī officio diei
paraſceues cōtra hec tria cantās tribꝰ vicibꝰ ppl'e meus
quid feci tibi r̄ñde mihi ⁊c. aut in q̄ moleſtus fui tibi ⁊c.
Et duciƭ a pylato ad herodem dimiſſo vultu ⁊ verecun
do ⁊ nudis pedibꝰ incedens cū magna feſtinatiōe ⁊ oīm
clamorē ⁊ cōuicia audiēs ⁊ mr̄ eiꝰ cum incredibili dolore
eum ſequiƭ a lōge ⁊ coram herode tanq̄ʒ agnꝰ māſuetiſſi
mus nō aperiēs os ſuū ad multa ab eo in̄trogata incli
nato capite ſtetit ⁊ ieſum illuſum ⁊ indutū alba veſte ⁊
lōga tanq̄ʒ ſtultū ad pylatū remiſit ⁊ ꝓpt' longitudinēʒ
illiꝰ veſtis ⁊ ꝓpt' impetum iudeoꝝ crediƭ ſepiꝰ corruiſſe ī
via. qđ ſignaƭ ꝑ humilem capitis inclinationē ⁊ baſſam
totiꝰ corpis ſacerdotꝭ depreſſionē dum loquēs legiƭ orō
Hāc igiƭ oblationē ſeruitutꝭ nr̄e ſʒ ⁊ cūcte familie tue
queſuꝰ dñe vt placatꝰ accipias dieſq̄ʒ nr̄os ī tua pace diſ
ponas atq̄ʒ ab eťna damnatiōe nos eripias ⁊ in electoꝝ
tuoꝝ iubeas grege numerari. ꝑ xp̄m do. n. Cōfirma
me dñe rex iſrl' ⁊ reſpice ī hac hora ad opa manuū tuaꝝ
vt ſicut ꝓmiſiſti hirl'm ciuitatē tuā erigas. Et hoc q̄ꝛ co
gito ꝑficiā ꝑ te. Cōfirma me dñe ī hac hora. ¶ Quā ob
lationē tu deꝰ in oībꝰ q̄s dñe bene dictā. ¶ Hec crux
ſignificare p̄t q̄ꝛ iudei innocētem chriſtū clamabāt tolli
et crucifigi. ⁊ maleficū et maledictum barrabā dimitti.
¶ Aſcri ptam. ¶ Hec crux notat chriſtū traditū

militib⁹ ad flagellādum. ꝙ nudauerūt eum corā tota co
horte hoīm vtriuſqꝫ ſexus. Et nota hic verecūdiam quā
ſuſtinuit piiſſim⁹ ac verecūdiſſim⁹ ieſus ꝛ cum īmaniſſi
me flagell' ceciderūt. ꝛ vſqꝫ ad coſtas ꝟberib⁹ lacerat⁹ ſic
ꝙ a ꝟtice capitꝭ vſqꝫ ad plātā pedum nō fuit ī eo ſanitas
quouſqꝫ tam tortorib⁹ ꝙꝫ inſpectorib⁹ fatigatis iubet ſol
ui. Hic īſpice eum ſic nudum vndiqꝫ ſanguīe cruentatū
ſolutum coram multitudīe ſtātem. Ratam rōnalē
acceptabilēqꝫ facē digneris. Hic nota ꝙ īduerūt eum
veſtem laceratam purpureā deriſoriam tanqꝫ regre vo
lētem vt nob corp⁹ Hic nota ꝙ capiti ei⁹ coronā
ſpineam vſqꝫ ad cerebꝝ violenē impſſerūt vt ſanguis e⁹
ex capite copioſe defluēs frontē genas ad collum rubri
caret. ꝛ pl⁹ ꝙꝫ mille puncturꝭ vulnerauit ꝛ ſanguis fiat.
Nota hic ꝙ dederūt ei arundinem in manu dextera
ad modum ſceptri regal' flectētes deriſorie genua coraꝫ
eo dicētes. Aue rex iudeoꝝ dātes ei alaphas ꝛ expuētes
in faciem ei⁹ ꝛ arundīe caput ei⁹ ꝑcuſſerūt vt ſpine eius
forti⁹ intrarēt dilectiſſimi filij tui dn̄i nr̄i ieſu chriſti
Hic erige man⁹ tuas ex ītima deuotiōe cum ſuſpirio ī
celum. q̄ſi di. O dulciſſime pr̄ nō dedignerꝭ ꝙ ego pauꝑ
et inimic⁹ auſus ſum tā magnifica poſtulare. qꝛ ſi roga
rem a te celum ꝛ terram modicum eſſꝫ. ſꝫ poſtulare a te
corp⁹ ꝛ ſāguinē filij tui vnigeīti vt ſub tam īmūdis ma
nib⁹ crearetꝛ quis nō cōtremiſcēt vn̄ iſtud ſacramētū
eſt quodāmodo p̄cipuū iudiciū diuīe dilectōnis ad hoīeꝫ
nihil eñ nō min⁹ videtꝛ de⁹ facē ī eo ꝙ q̄tidie dignatꝛ de
ſcendē de celo ſup altare ꝙꝫ cum de celo deſcendēs natu
ram humanā hō fact⁹ aſſumpſit. vn̄ in iſto altari angeli
et archāgeli miniſtrāt throni celeſtes ſedilia ꝑparāt ſera
phin pannū ſupponūt cherubin ꝟſus ꝓpiciatoriū facies
inflectūt vbi pricipat⁹ ꝛ ptātes ſic ſeruiūt vt principes
tenebrarum remoueantur.

Qui pridie q̄ꝫ pateret̃ acce[illegible]m ĩ ſcās ac venerabi
les man⁹ ſuas Cogita hic.pie [illegible] recordare timoris dolo
ris ꝛ anguſtie quã ſuũ dulciſſi[illegible] cor tũc ſentit.
Et eleuatis ocul' ad te deum prem ſuũ omnipotẽtem
tibi grãs agẽs bene dixit.fregit.dedit diſcipul' ſuis
dicens. Accipite ꝛ mãducate ex hoc oẽs. Hoc eñ eſt cor
pus meũ. ¶ Hec crux iam fcã notat q̄ pylat⁹ ieſum ſic ĩ
dutum veſte purpurea.flagellatũ ſpinis coronatũ arũ
dinem ĩ dextra tenẽtem.funem vero ĩ brachio quo prius
ad columnã ligat⁹ facie in terra dimiſſa ꝛ ſanguĩe ꝑ ocu
los genas nares et collum copioſe decurrente ſic defor
matum omni pplo oſtẽdit ꝛ clamãs. Ecce homo Et ite
rum ecce rex veſter. Quam q̄dẽ opprobrioſam oſtẽtio
nem reputat ſacerdos ĩ eleuatiõe corpis xpi oſtẽdẽs eũ
omni pplo ꝛ ſicut illi voce clamabãt. Tolle tolle ꝛ cru
cifige eum.ſic nos ecõtra vidẽtes cum ſuſpirio dicimus
eum ſalutãtes Aue ſal⁹ mũdi ꝛc. Etiam cogitam⁹ in no
bis. O bone ieſu intime depcor vt illam miſerabilẽ vul
tus tui formam cordi meo perſpicaciter imprimas ꝛ ar
denter infigas qualem viſus eſt in illa hora habuiſſe.qñ
velut abominabilis leproſus omnib⁹ fuiſti oſtenſus.
¶ Hora eleuationis venerabilis ſacramenti nola pulſa
tur .quia ĩ lege leuite tempore ſacrificij tubis clangebãt
et ſic etiam laudam⁹ eum in cimbalis Et etiam vt ppls
prepararet ſe ad deuotionem ꝛ orõnem. ¶ Cãdele ꝛ faces
accendunt̃ q̄ corda fidelium circumſtãtium accẽdi dñt
deuoti⁹ ꝛ inflãmari feruẽtius. Vñ ſanct⁹ Gre.dt q̄ in
inſtãti ꝓlationis ṽbox hox hoc eſt corp⁹ meum celi ape
riunt̃ celeſtium curie adueniũt cum ṽbo dei ĩcarnato ad
vocem ſacerdotis. O ſacerdos q̄li honore honorati mẽſa
potamĩ quam ãgeli vidẽtes horreſcunt ꝛ neq̄ꝫ ſine tiore
reſpicere audẽt. Et dt ſacerdos ṽba cõſecratiõis cum in
tentione cõficiendi in ꝑſona xpi. ꝛ ſic chriſt⁹ in perſona



ſacerdotis cōficit. In ſignum q̄ vnum ſunt chriſt⁹ et ſa cerdos q̄ dr̄. hoc eſt corp⁹ meum ¶ Simili modo poſtq̄ȝ cenatū eſt. accipiēs hūc p̄clarꝫ calicem ī ſanctas ꝛ vene rabiles man⁹ ſuas iterꝫ grās agēs ꝛ bene dixit

¶ Hec crux notat q̄ ieſus crucem ſuā ī ꝓpriis humerꝭ portauit poſteriorem vero ei⁹ partem ſupꝫ terram trai ciēs curuat⁹ cruētatus cum magna cōfuſione factus ob probrium hoīm ꝛ tamē exultauit ī ſpū vt gygas ad cur rēdum viam ad mōtem caluarie. Et ibidem coram tota multitudīe nudat⁹ q̄ veſtem ei⁹ in vulnerib⁹ congelatā violēter extraxerūt adeo dire q̄ oīa vulnera ei⁹ denuo aperta erāt. ex q̄b⁹ ſanguis ei⁹ copioſiſſime effluxit ꝛ illa extractio veſtis ī vulnerib⁹ indurate erat ei maior pena q̄ȝ vnq̄ȝ ante ſuſtinuit. ¶ Cōſidera ꝛ vide eum mentete nus ſic ſtātem coram tota multitudīe hoīm vtriuſq̄ȝ ſex us vulneratum ꝛ cruētatum Nec p̄mittebatᷣ marie mr̄ ei⁹ appropinq̄re ſibi ante crucꝭ erectionem ne aliq̄ȝ exhi beret ei humaītatē ꝛ nota cum violētia eum ſupꝫ crucē ī terram nudum deiecerūt ꝛ ita atrocitᷣ eum extēderunt ſupꝫ terram vt oīa oſſa ei⁹ dinumerari poterāt ꝛ manus ei⁹ ac pedes obtuſis. ꝛ groſſis clauis cruci affixerūt ꝛ ſic crucem cum corpꝫe erexerūt cum ipetu ꝛ mag̃ vi. q̄ oīa vulnera manuū et pedum dilacerabantᷣ ſanguis copio ſiſſime defluxit. Quāta igitᷣ tunc patiebatᷣ ieſus ꝑ te de uota perpendat anima

Dedit diſcipulis ſuis dicēs. Accipite ꝛ bibite ex hoc oēs Hic. eſt eīm calix noui ꝛ eterni teſtamēti miſteriū fidei. qui ꝑ vob ꝛ ꝑ multꝭ effundetᷣ ī remiſſionem peccatoꝝ. ¶ Tūc eleuatᷣ calix cōſecrat⁹ hec quotiēſcūq̄ȝ feceritis ī meam memoriam facietis Oratio meditanda tpe eleua tionis ſanguis o alme et benigniſſime pr̄ de ſanctuario tuo ītuere hāc ſacratiſſimā hoſtiā quā īmolo tibi ꝑ pctīs nr̄is ꝛ eſto placabilᷣ ſupꝫ multitudīe malicie nr̄e. en vox

17

ſanguis fris nri ieſu xpi clamantis de cruce ad te. patr di
mitte ill' qz neſciūt qd faciūt. ſuſcipe eū p remiſſiōe pctō
rū nroꝝ. Clamat eī ſanguis xpi nō vindictā ſicut ſan
guis abel. ſz miam. Poſt eleuationē calicꝭ adora ſangui
nē cū iclinatiōe cogitās. o āmirabil' ꝛ inocēs pcioſe ſan
guis miſerē nob pctōrib⁹ amore illi⁹ charitatiue effuſio
nis q̄ p nob de brīſſimis vulnerib⁹ effluxiſti ꝛ h obſua
quotiēſcūqꝫ diſcoopies calicē Vn̄ extēſis manib⁹ legit.
Hec extēſio brachioꝝ crudelē ſt extēſionē brachioꝝ xpi
et toti⁹ corpis trib⁹ horis i cruce vinctis. In medio duo
rū latronū. Iſa. x. Et cū ſceleratis reputat⁹ eſt ꝛ clauis
manuū ꝛ pedū innitebat totū pōd⁹ corpis ꝛ ſic dilacera
bant ꝛ findebant foraīa manuū ꝛ pedū ꝯtinue. vn̄ ſi vi
diſſes eū tam miſerabilit pendentē defeciſſꝫ aīa tua p do
lore vn̄ ꝛ memores nos dn̄e ſerui tui. ſꝫ ꝛ plebs tua ſcā
eiuſdē xpi filij tui dn̄i dei nr̄i tā btē paſſiōis nec nō ab i
feris reſurrectiōis ꝛ eius q ſedet i cel' gl'oſe aſcēſionis of
ferim⁹ pclari maieſtati tue de tuis donis ac datis hoſtiā.

puram. Hec crux ſt xpi crucifixi illuſionē a vul
garib⁹ clamātib⁹ Vach q deſtruit tē. ꝛc. Et a principib⁹
dicētib⁹ Si filius dei ē deſcē. ꝛc. et a militib⁹ offerētib⁹ ei
acetū. Jeſus vero p eiſdē orauit prēm ſuū lachrymis et
clamore valido mixtis ſanguīe i genis ei⁹ dicēs Pater
dimitte eis ꝛc. ꝛ petas vt eādē p te ad patrē dirigat ſan
guinolētis lachrymis hoſtiā ſcām. Hec crux ſt
crucē exprobratiōis ſcē ſibi a latrone ſiniſtro quē incre
pās alter dixit. neqꝫ tu times deū. hic hō iuſt⁹ eſt. ꝛ dixit
Memēto mei dn̄e dū veneris i regnū tuū Cui chriſtus
ait. hodie mecū eris i padiſo. hūc latronē aſpſit de⁹ ſāgui
ne ſuo de dextera manu ſua fluēte ꝛ ſaltāte ſm Alex. de
halis. ꝛ ſic mundauit eū. roga eū vt ſic etiam te purget.

hoſtiā imaculatā Hec crux ſt tormētū cōpaſſi
onis doloris mr̄is. Cui dixit itime ꝯpatiēs. Mulier ecce

fili⁹ tu⁹. deī de Ecce mr̄ tua. nō dr mr̄ chariſſima. ſʒ p̄ij noīe mulier. Credendū eſt ꝙ ſi dulcit mr̄i loquutus fuiſſʒ. coꝛ ỽgīs medium crepuiſſʒ doloēs eni quos ī ꝑtu nō ſenſit iā ſuſtinet. Queſo igit̄ o miſericordiſſime ieſu me ītueri frequent̄ ill' pietatis tue oculis qb⁹ mrēm ⁊ diſcipulū reſpexiſti in cruce ſtātes ⁊ amare flētes. qn̄ altera alteri cōmendat̄ vltimum ei⁹ relinquēs teſtamētum dicēs. Ecce fi. ⁊c. Panē ſcm̄ vite eṫue. Hec quarta crux eſt tormētum ſue a deo p̄re derelictiōis. Cum dixit heli heli lamazabathani. hoc eſt de⁹ meus de⁹ meus vt qd dereliq̄ſti me. Et ſēſualitas expoſita penis ⁊ catharacte diuīe influētie erāt ſuſpēſe ſic ꝙ nō redūdabat iuſenſualitatē ex cui⁹ redundātia abſorpt⁹ fuiſſʒ oīs doloꝛ in inferioꝛi poꝛtione rōnis. ſicut ī martyrib⁹ factū eſſe legim⁹ O quāta pena exterioꝛ maioꝛ eis īfligebat̄. tātomagis ill' affuit redundātia gaudij ꝯſolatiōis. In ieſu āt factū eſt miraculoſe vt nō redūdaret gaudiū ꝯſolatiōis diuīe in ſenſualitatē. Et calicē ſalutis ꝑpetue. Hec q̄nta crux ſigt̄ quintū ỽbum qd̄ ieſus ī cruce locut⁹ eſt et toꝛmētum potatiōis aceti ⁊ fellis dum vt preſciēs potum amaꝝ ſibi dandū petijt. dicēs ſitio. At illi dederunt ſibi acetū cū felle mixtū. Ber. O bone ieſu in cruce taces coronam ſpineā ſuſtines pre ſiti clamas ⁊ qd ſitis bone ieſu certe ſitis nrām ſalutā ⁊ redemptionē ʒ hoīs. Adhuc durat iſta ſitis. ⁊ vere ruſtic⁹ eſt q̄ eā nō extinguit.

¶ Supra que.

Dicit̄ extēſis manib⁹ ſup mēſam alta[...] ſupra vtraq̄ parte oblate. q2 ſacerdos legal' offeren[...] hy[...] cū in ſancta ſcōꝝ ꝑ pctīs ppl'oꝝ poſita vtraq̄ manu ſu[...] caput eius cōſitebat̄ oīa pctī populi iſrl' que impcās capiti ei⁹ hyrci emiſſarij quē emittit ī deſertū. Leui. xvi. Qui poꝛtauit iniq̄tates eoꝝ. ſic ſacerdos euāgelicus per nūcium hyrci emiſſarij ī ſublime altare et ſic ī ſcā ſcōꝝ ſcʒ ī altari poſit

vtrāq; manū ſup hoſtiā In ſignū φ ipē ſacerdes offerēs
et ppl'ſ ſunt digni morte.ſed agn⁹dei ſuſtinuit mortē ꝑ
eiſdē.⁊ ſacerdos ꝯfitet iniqtates oīm ⁊ pcipue miſſa; au
dictiū ⁊ illoꝝ qꝝ añ meōriā hūit. Ipſe eñ eſt agn⁹q̄ tol
lit pctā mūdi. Jo.ij.q: oēs erāt digni morte.lȝ fili⁹dei of
fert ſe ꝑ nob oīb⁹ad mortē.ſicut abel q̄ obtulit agnū.ita
fili⁹dei optulit ſe agnū innocētē ex amore icompꝑhēſibilī
erga nos ⁊ tali amore offert ſeipm q̄tidie ꝑ nob ī altari
et tali affectu a nob dȝ aſpici ⁊ ſuſpici. ac ſi iam in iſtāti
primo fieret ⁊ ſic fuit īmolat⁹vt abel. Iſte eñ agn⁹ē q̄ oc
ciſus ē ab origīe mūdi.q: abel erat figura e⁹ Scdo ieſus
fuit etiā īmaculat⁹vt Iſaac a pr̄e ſuo q: de⁹ pr̄ filio ſuo ꝑ
prio nō pepcit.ſȝ tradidit illū ꝑ nob. Tercio ieſus ſacri
ficio Melchiſedech q̄ panē ⁊ vinū obtulit p oīa aſſil'at⁹ē
q: ipē oblat⁹ē ꝑ nob deo pr̄i Et ſic rogāte p eis ſacerdote
ꝓpici⁹ erit dn̄s ppl'o.⁊ g̊ dr̄ hic.ſup̄ q̄ ꝓpicio. ¶ Nota ie
ſus dicit ſacerdos in eternū ſcd̄m ordinē melchiſedech.
q: ſicut ipē ī vita obtulit ſe p ieffabiles dolores ī ara cru
cis ſupplicās ꝑ nob lachrymis ⁊ clamore valido. Sic ip
ſe quotidie ſe offert pr̄i ꝑ nobis ī miſſa ſup altare. nō do
lore.ſȝ amore.⁊ ſic ipſe hic dr̄ angel⁹magni cōſilij.p cui⁹
man⁹ petim⁹ hec perfici cū offert ſeipſum ī cōſpectu di
uine maieſtatis.et ergo per crucem qui ſequit dum dici
tur. Corp⁹ figuratur penultimum ṽbum quod dixit ī
cruce ſcȝ Cōſummatum eſt id eſt tibi patri offero totū
corpus obediētie ⁊ paſſionis mee pro ſalute generꝭ hūa
ni ⁊ meipm. Sup̄ q̄ ꝓpicio ac ſereno vultu r̄ſpicē digne
rꝭ ⁊ accepta hēe ſicuti accepta hēe dig̃t⁹es munera pueri
tui iuſti abel ⁊ ſacrificiū pr̄iarche nr̄i abrahe ⁊ qd obtulit
tibi ſūm⁹ſacdos tu⁹melchiſedech ſcm̄ ſacrificiū īmaculatā
hoſtiā. ¶ Supplices h ſacdos deuote iclinat ſe ⁊ orat cā
cellatꝭ maīb⁹añ pect⁹h ei hirc⁹emiſſari⁹emittebat lib in
deſertū p manū nūcij.i.āgeli ī celū ⁊ etiā iſtar aaron pcat

ſup cornua altaris ĩnitẽs altari extẽdẽs man⁹ ſacerdos
q̃ſi ĩ ipſo fcõ dicat. Obſecra⁹ te ſupplices p crucẽ ⁊ paſſi
onẽ quã ſuſtinuiſti ĩ cruce expãſis maĩb⁹ ⁊ ĩcliatio deuo
ta fc q̄ ieſus morti appropĩquãs ĩcepit deprĩmẽ ocl'os ⁊
palleſcẽ ⁊ nigreſcẽ nec hñs vbi caput ſuũ miſerijs feſſũ
et ſpinea corona ⁊ ſangĩe ĩ crinib⁹ capitis cõgelato g̃ua
tũ ĩclinaret nõ ſup pect⁹ ſuũ offerẽs ſeipm pr̃i p pctõri
b⁹ Supplices rogam⁹ oĩps de⁹ iube hec pferri p man⁹ ſcĩ
angeli ĩ ſublime altare tuũ ĩ ꝯſpcũ diuine maieſtatꝫ tue.
vt q̃tq̃t ex hac altaris pticipatiõe. ¶ Oſculare altare ad
dexterã ptẽ ſacro ſcm̃ filij tui Cor pus. ¶ Hec
crux fit ĩ memoriã paſſionũ eius q̃s paſſus ẽ ĩ toto cor
pore q̃ſi clamãs illud ꝓphete. O vos oẽs q̃ tranſitꝫ p viã
attẽdite ⁊ videte ſi ẽ dolor ſicut dolor me⁹ ⁊ g̃ ptulit ſex
tũ v̄bũ. Cõſummatũ ẽ. i. tibi pr̃i offero totũ corp⁹ obedi
entie ⁊ paſſiõis mee p ſalute generꝫ hũani et h̃ ẽ faſcicu
lus mirre dilcĩ mei int̃ vbera mea cõmorabit̃. ¶ Et ſan
gui nẽ ſumpſerim⁹. Hec ſcd̃a crux q̃ d̃r ſup ſangui
nem notat ſanguinẽ effuſum ⁊ corp⁹ torridũ relictũ. vt
dicit Gre. Cui⁹ corp⁹ ſciſſimũ ĩ ara crucꝫ torridũ. ⁊ ſic ĩ
clinato capite clamãs voce mag̃ ⁊ rauca lachrymãdo p
tulit ſeptimũ v̄bũ ſcꝫ Pat̃ ĩ man⁹ tuas ꝯmẽdo ſpi. meũ.
et hec dicẽs expirauit Hic ĩtime ppẽde quantã ſuſtinuit
penã dũ nobiliſſima aĩa ei⁹ a ſuo amãtiſſimo atq̧ tener
rimo corpe ſepabit̃ Omni bñ dictiõe celeſti ⁊ gr̃a
repleamur. p eũdẽ xp̃m do. no. ¶ Tercia vero crux q̃ fit
ſup illo v̄bo bñdcõne ⁊ facit in faciẽ ſuã ſacerdos notare
p̃t titulũ ſcriptũ ſup caput ieſu. Jeſus naza. r. iu. hũc ti
tulũ triũphalẽ diabol⁹ maxie phorreſcit. g̃ munim⁹ nos
ea ĩ facie cõtra diabolũ. ¶ Memẽto etiã dñe famuloꝝ fa
mularũq̧ tuaꝝ q̃ nos p̄ceſſerũt cũ ſigno fidei ⁊ dormiũt
in ſomno pacꝫ ¶ Memoria mortuoꝝ gtĩ. i. parẽtũ ⁊ con
ſanguineoꝝ dtĩ. q̃ꝝ ſtipẽdijs viuis Acci. i. inimicoꝝ vtĩ

ſđ ē illoꝝ ꝑ q̄b⁹rogat⁹es Ablti̊. ꝑ oīb⁹ fidelib⁹ defunctis
Etiā ꝑillis q̄ tibi ꝯfeſſi ſunt. ¶ Hic fit ſilētiū ⁊ ſt xp̄m
mortuū in cruce pēdentē. ſʒ ei⁹ aīa ad limbū deſcēdit pa
trū. ⁊ g̊ rogam⁹. vt nūc dignet̃ deſcēdere ad purgatoriū
inde aīas liberādo. ſicut tūc aīas de limbo liberauit
Ipſis dn̄e ⁊ oīb⁹ in xp̄o quieſcētib⁹ locū refrigerij lucʒ ⁊
pacis vt ĩdulgeas dep̄camur ꝑ eūdē xp̄m dn̄m noſtꝝ
¶ Tūde pect⁹ cū exaltatiōe vocis ⁊ ſuſpirio dicēdo No
bis. Et ſt ꝙ cēturio ⁊ iudei plurimi ꝑcutientes pectora
ſua timuerūt valde. audiētes ꝙ moriens clamauit ⁊ vi
dētes ꝙ ex latē dn̄i ꝑforato a lōgino cū lācea ſanguis ⁊
aq̄ effluxerūt miraculoſe. ꝙ ſol obſcurat⁹ eſt a ſexta hora
vſqʒ ad nonā. Qđ terra mota ē ⁊ tremuit. qđ velū tēpli
ſciſſum eſt. petre ſciſſe ſunt ex motu t̃re. Quib⁹ ſacerdos
ſe ꝯformās recog̊ſcit ſe pctōrē dicēs Nob̄ qui ꝑ alijs in
terceſſim⁹ cū tn̄ nos magꝫ ac ĩdigea⁹ grā. Hebre. v. Quē
admodū ꝑ alijs ita ꝑ ſe ⁊ pro pctīs offerre dʒ. Et licʒ oī
tp̄e debeam⁹ ex toto corde nos pctōres recognoſcē. preci
pue tn̄ in ſacrificio miſſe cū ĩ remiſſionē pctōꝝ hec ſacro
ſcūm celebrat̃ miſteriū dicēdo ex ꝓfundo cordis heu heu
heu ꝙ aīa mea nō cōpungit̃ ꝑ pctīs ꝑ q̄b⁹ necē fuit lācea
vulnēari lat⁹ tuū. o ieſu violarūt claues man⁹ tuas ⁊ pe
des. heu ꝙ nō lachrymat̃ amaritudine ſpūs me⁹ cū tu ſpi
rit⁹ meus ꝑ me potat⁹ fueris amaritudine fellis.
Nob̄ quoqʒ pctōrib⁹ famul' tuis de multitudīe miſera
tionū tuaꝝ ſperantib⁹ ꝑtē aliquā ⁊ ſocietatē donare dig
neris cū tuis ſcīs apl'is ⁊ martyrib⁹ cū ioāne ⁊ ſtephāo
mathia barnaba ignatio alexādro marcellino petro feli
citate ꝑpetua agatha lucia agnete cecilia anaſtacia ⁊ cū
oīb⁹ ſcīs tuis. Intra q̊ꝝ nos ꝯſortiū nō eſtimator meri
ti. ſʒ venire q̄ſum⁹ largitor admitte. ꝑ xp̄m do. no.
Et nō rn̄det hic ab hoīe aſtāte amē. nec in toto canone.
q2 firmit̃ credit̃ ꝙ ab angel' circūſtātib⁹ rn̄det amē.

¶per quē hec   Hic ē toti⁹ canonis ꝯclusio ⁊ innu
itur ī his octo crucib⁹ epylog⁹ totius paſſiōis dn̄i nr̄i ie
ſu xp̄i   per quē hec oīa ſp bona creas ſancti   ficas
¶Hec crux notat crucifixionē factā hora tercia liguis
iudeoꝝ clamātiū. Tolle tolle crucifige eū. dum ſtetit co
rā pilato ⁊ tota cohorte īdut⁹ veſte purpurea corona ſpi
nea ī capite ⁊c.   Viuificas. ¶Hec crux ſt crucifixi
onē factā hora ſexta cū eleuat⁹ fuit ī cruce in eā affixus.
Bn̄dicis ¶Hec ēcia crux ſt crucifixionē hora nona ī
cruce factā. Et pſtas nob. ¶Hic flexis genib⁹ cōiūctis
maīb⁹ eū petas licētiā ꝙ eū audeas rogare Et cogita ꝙ
ioānes baptiſta q̄ nō ſurrexit maior īt natos mulieꝝ cō
tremuit ⁊ nō audebat tangē ſcm̄ dei vticē. Et depone
corpale de calice   ꝑ ip   ſum ¶Quia crucifixio fcā
eſt triū horaꝝ quo vixit ī cruce Jdeo ſubſequent fiūt hic
tres cruces.   cū ip   ſo. in ip   ſo. Fuit em̄ cōti
nue ill' trib⁹ horis ī maximo cruciatu ⁊ ī multa effuſiōe
ſanguis ſuſtentat⁹ clauis manuū ⁊ pedū quib⁹ eius cor
pus innitebat ⁊ ſic cōtinue lacerabant ⁊ ſindebant fora
mia. Hic nota quo tormēto ī cruce trib⁹ pepēdit horis.
Et tibi patri omnipotēti in vnitate   ſpiritus
ſancti honor ⁊ gloria. ¶Iſte due vltime cruces ſignant
ſanguinē ⁊ aquā de corde ieſu trāſfixo fluētes. Et calix
interi⁹ vltimo tāgi ſolet cū oblata ⁊ ſignificat aptionem
lateris cū lācea de quo exiuit ſanguis ⁊ aqua. Nulli du
biū quin mr̄ ieſu vidēs lat⁹ eius tā grāde vulnē aperiri
quin ſemiuiua cecidit ī terrā. Vt dt Bonauētura Cā.
iiij. Vulneraſti cor meū ſoror mea ī vno oculoꝝ tuorū
et trahit vltima crux a ſummitate calicis q̄ſi vſq; ad pe
dē eiuſdē ⁊ reducit iterū ſurſum. q2 aīa xp̄i a corpe ſepa
ta deſcēdit ad limbū ⁊ rediit. toto hoc tpe ſacerdos ſtabit
inclinato capite īſtar ieſu ī cruce pendētis oſtēdēs ſpō
ſe ſue cor ſuū. Per oīa ſe. dr alta voce. Jn ſignū ꝙ hic ē

finis canonis ⁊ leuat corp⁹ xp̄i paꝝ in calice ⁊ h̄t deposi
tio corporis xp̄i de cruce ſicut nycodem⁹ ⁊ ioſeph fecerūt.
Et poīt ſuꝑ corꝑale ſindonē mūdā. Per oīa ſe.ſe.amē.
Orem⁹. Hic adorat flexis genibus. q: mr̄ ſua maria cor
pus ei⁹ de cruce poſitū adorabat. Preceptis ſalutarib⁹
moniti ⁊ diuīa īſtitutiōe formati audem⁹ dicē. Pr̄ nr̄.
Chor⁹ Sz libera nos a malo. Sacerdos Amen. Dum
chorus rn̄dit ſz libera nos a malo. In feſto tunc ſubdya
con⁹ rep̄ſentat dyacono inuolutā pathenā ⁊ dyacon⁹ cū
diſcooperiet ⁊ diſcooꝑtam ſacerdoti preſentat oſculādo
ſacerdotis dexterā ⁊ depoīt cooperimētum de calice. q:
patres in limbo oſculati ſunt xp̄i dexterā cum dixerūt.
Aduenisti deſiderabil' quē expec. in te. Et dz hec orō. li
bera nos dici ſub ſilētio q: diſcipuli dn̄i omnes ſiluerūt
mortuo xp̄o. nec audebāt publice loq̄ aut cōfiteri xp̄m.
Et eleuat pathenā q: aīa xp̄i deſcēdit ad īferos patres
ibi illuminās ⁊ ſpoliās principat⁹ ⁊ ptātes trāſduxit cō
fidēter palā triūphās illos ī ſemetipſo. ⁊ in ſignū victo
rie ⁊ triūphi eleuat pathenā. ⁊ ſic ſacerdos petit vt nos
etiam liberet ab omni malo dicēs. Libera nos queſum⁹
dn̄e ab oīb⁹ malis p̄teritis p̄ntib⁹ et futuris vt ītercedē
te ꝓ nobis btā et gl'ioſa ſeꝑ ꝟgine dei genitrice maria cū
beatis ap̄lis tuis petro ⁊ paulo atq̄ȝ andrea cū oīb⁹ ſcīs
Da ꝓpicius pacē in dieb⁹ noſtris. Hic ſacerdos oſcula
tur pathenā. q: recōſiliauit ſanctos in limbo ⁊ nos oēs.
Colo. i. recōſiliauit nos ī corꝑe carnis ei⁹ per mortē.
Ut ſpe miſericordie tue adiuti et a pctō ſemꝑ ſimus li
beri ⁊ ab omni perturbatione ſecuri.
Hic ſigt crucē ī faciē ſuā. q: xp̄s recōſiliauit nos deo pr̄i
ꝑ crucē ſuā ⁊ ꝑ crucē deuicit īfernū. Dehīc ſacerdos de
ore calicis cooꝑtoriū remouet. q: ioſeph ⁊ nycodem⁹ ad
ſepeliēdū corp⁹ ieſu lapidē ab oſtio monumēti deuolue
rūt. ⁊ adorauit eū tremul⁹ anteq̄ȝ eū eleuat et portat ad

calicem corp⁹ ieſu tanq̄ȝ ad ſepulchꝝ. ⁊ dicendo:
Per eundē dn̄m noſtꝝ ieſum xp̄m filiū tuū ⁊c̄.
Diuidit hoſtia q̄ ad ſpēs ei⁹ in duas ꝑtes quaꝝ vna po offertur in laudem corpis xp̄i. qđ in celo eſt. ⁊ ergo ſub dit. Qui tecum viuit ⁊ regnat
Alia vero medietas offert ꝓ illis qui ſunt ī miſeria. Et q̄ eſt miſeria illoꝝ qui ſunt ī hoc mūdo p̄deſtinati. ⁊ igit illa alia medietas ſubdiuidit in duas partes cū dicit.
In vnitate ſpūs ſci de⁹ per oīa ſcl'a ſcl'oꝝ amen.
Hoc ſacerdos alta voce dicet paꝝ eleuando calicem cum vna parte hoſtie. quia chriſt⁹ regreſſus eſt ab inferis cū ſpolio ⁊ triumpho ⁊ pompa nobili. Et in dicendo alta voce Pax domini ſit ſemꝑ vobiſcum. parti coporis chri ſti miſtici ſcȝ fidelibus ſignificate ꝑ partem integrādam ſub tribulationib⁹ preſentis vite agoniſanti petit ſacer dos pacem pectoris in p̄ſenti vita per gratiam ⁊ pacem eternitatis in futuro per gloriam. Et facit tres cruces cum hoſtia ſuper calicem dicēdo. pax domini ⁊c̄. quia tri bus dieb⁹ fuit corpus chriſti in ſepulchro ⁊ anima ī lim bo patrum ¶ Et poſt hoc immittit illam partem corpo ris chriſti in calicem dicendo.
¶ Fiat hec ꝯmixtio corporis ⁊ ſanguinis domini noſtri ieſu chriſti omnib⁹ nobis ſumentib⁹ ſalus mentis ⁊ cor poris in vitam eternam amen
Signat vnionem carnis ⁊ ſanguinis. cum anima chri ſti in ſepulchro cum reſurrexit. In triduo enim mortis chriſti aīa fuit ſepata a corpe ⁊ ſanguīe ⁊ ſanguis a cor pore In reſurrectione vero illoꝝ trium vnio fuit facta et quia chriſt⁹ poſt reſurrectionem ſuam. Jo. ij. Dixit d. ſu. Quoꝝ remiſeritis peccata remittūtur eis. corp⁹ chri ſti miſticum in preſenti ſeculo inter inimicos militans per remiſſionem peccatoꝝ ſupplicat. ⁊ etiā petit pacem quā chriſt⁹ di. ſuis dedit poſt reſurrectionē ſuā dicēdo.

¶ Agnꝰ dei qui tollis pctā mū̄. ⁊c̄. Sacerdos etiā rogat
chriſtū̄ ꝓ pace eccl̄ie. Inclinādo dicēs. Dn̄e ieſu xp̄e qui
dixiſti apl'is tuis pacē meā do vobis. pacē relinq̄ vob̄ ne
reſpicias pctā mea ſ3 fidē eccl̄ie tue eāq3 ſcd̄m volūtatē
tuā pacificare cuſtodire adiuuare ⁊ regē digneris. Qui
viuis ⁊ reḡs ⁊c̄. Oſculādo crucē in libro
Pax xp̄i ⁊ eccl̄ie dei abūdet ī cordibus nr̄is In ſignū. ꝙ
chriſtꝰ dedit diſcipul' ſuis pacē dicēs eis Pax vob̄ Jo. ij.
Dixit ieſus diſcipul' ſuis Pax vob̄. Et ſic ſacerdos
oſculat̄ crucē in libro. Hec cū dixiſſ3 oſtēdit eis manꝰ et
latꝰ. In huiꝰ ſignū ꝙ ſacerdos cācellat3 manibꝰ vertit ſe
ad ſiniſtꝝ. oſtēdēs ei manꝰ oſculādo imaginē a miniſtro
ſibi p̄ſentatā ⁊ oblatā dādo eidē miſtro ī ꝑſona oīm diſ
cipuloꝝ pacē dt. Pax tecū habeto vinculū pacis ⁊ cha
ritatis vt aptꝰ ſis ſacris miſterijs xp̄i. Sigt̄ ꝙ xp̄s iteꝝ
dixit eis. pax vob̄ ⁊c̄. ⁊ cū hoc dixiſſet īſufflauit ⁊ ait diſ.
Accipite ſp̄m ſcm̄. q2 ſpūalit̄ oēs p̄ſentes in gr̄a ꝯmuni
cāt corde ⁊ ſic ſacerdos dat miſtro pacis ⁊ charitat3 vin
culū. ⁊ ꝑ eū oībꝰ qui īterſunt miſſe q2 charitas dei diffu
ſa ē in cordibꝰ veſtris ꝑ ſpūm ſcūm ⁊ ꝓ cōmunione q̄ in
primitiāq3 eccl̄ia ſingul' diebꝰ oībꝰ ⁊ ſingulis q̄ intererāt
miſſe fiebat ſacramētalit̄ ⁊ ſpūalit̄ dat̄ pax ſingul' ī qua
ſigt̄ ꝙ corde cōmunicēt ſc3 ſpūalit̄. Cāti. primo Oſculet̄
me oſculo oris ſui. Dn̄e ieſu xp̄e fili dei viui q̄ ex volū
tate p̄ris cooperante ſpū ſcō ꝑ mortē tuā mundū viuifi
caſti. libera me ꝑ hoc ſacꝝ ſanctū corpꝰ ⁊ ſanguinē tuum
ab oībꝰ iniq̄tatibꝰ meis ⁊ vniuerſis mal'. ⁊ fac me tuis ſꝑ
obedire mādat3 et a te nunq̄3 ſinas ī ꝑpetuū ſepari. Qui
cū eode3 ſpū ſcō viuis ⁊c̄. Perceptio corꝑis ⁊ ſanguīs
tui dn̄e ieſu xp̄e. quā ego īdignꝰ ſumē p̄ſumo nō mihi ꝓ
ueniat ad iudiciū ⁊ cōdemnationē. ſ3 ꝓ tua pietate ꝓſit
mihi ad tutamentū anime ⁊ [illegible]ris Amen.
Et q2 quotiēſcūq3 mādicabimꝰ panē hūc ⁊ calicē dn̄i

bibẽm⁹ mortẽ dñi annũciabim⁹ donec veniat. Et igitur habẽda ē meõria paſſionis ⁊ mortis xpi añ corpis ⁊ ſanguis eiuſdẽ ſumpſionẽ celerit̃ et cũ oĩ deuotiõe corde cõtrito. ⁊ reuerent̃ vitãdo cordis diſtinctionẽ ⁊ mentꝫ euagationem. ne ꝑdãt deuotionẽ. irruentes cogitatões. Et cogita qd tuipſe ſis. ⁊ quãt⁹ ille quẽ acceptur⁹ es q etiã ꝓ tuis pctis ex nimio amore tui obprobrioſiſſimã ſuſtinuit mortẽ. ⁊ ſanguĩe ſuo p̃cioſiſſimo te moriẽs ĩ patibulo redemit ⁊ quotidie te eodẽ ſanguĩe potat. corpe nutrit. quid ãpli⁹ debuit facẽ ⁊ nõ fecit. Hanc vltimã memoriã ſui nob reliqt q̃ſi neſciẽs ſe a nob ſepare. ſꝫ ſeipm ĩſepabilit̃ ſub ſpecieb⁹ panis ⁊ vini q̃ſi pign⁹ relinquẽs. vt quotiẽs ĩſpexeris amoris ſui ĩmenſi recordris ⁊ ſi illud pign⁹ ꝑfcẽ inſpexeris abſqꝫ fletu ⁊ magno deſiderio ⁊ ſuſpirio offerre ⁊ accipe nõ potes. Panẽ celeſtẽ accipiã ⁊ nomẽ dñi ĩuocabo. Dñe nõ ſum dign⁹ vt ĩtres ſub tec. ⁊c.

¶ Hic accipe corp⁹ dñi cũ magno tremore ⁊ deuotiõe

Quid retribuã dño ꝓ oĩbus q̃ retribuit mihi. Calicem ſalu. acci. Sãguis dñi nr̃i ieſu xpi. Qd ore ſumpſim⁹ domine pura mẽte ⁊c. Cãti. v. Comedite amici ⁊ bibite et inebriamĩ chariſſimi. Comedite corp⁹ meũ ⁊ bibite ſanguinẽ meũ ⁊ inebriamĩ in diuĩtate mea. Xbũ caro factũ eſt vt cib⁹ angelorum fieret cibus hominum

## Communio

Communio f̃t gaudia de cõmunicatione corpis ⁊ ſanguĩs ieſu pñ. In voce exultatiõis ⁊ ꝯfeſſionis ſon⁹ epulãtis. ¶ Cõplende. Complẽde legunt̃ extẽſes manib⁹ ſcõm Inno. ⁊ f̃t bñdictionẽ. quã rogat fieri a do in cõplẽdis ſiue orõnib⁹ preſbyt̃ ſicut xps aſcẽſur⁹ in celũ eleuatis manib⁹ bñdixit eis. Leui. ix. Cũqꝫ cremati eſſent adipes ĩ altari extendẽs manum ad pplm bñdixit eis. Sic etiã ſacerdos euãgelic⁹ hoſtia oblata ⁊ cõcremata ⁊ deo pñi miſſa bñdicit pplo. In feſtis tñ diacon⁹ can

tat. Ite miſſa ē. ⁊ repſētat illud angeloꝝ Uiri galilei q̄d
ſtatis aſpiciētis ī celū. hic ieſus q̄ aſſumptꝰ eſt a vob̄ ⁊c.
Lu. vlt. Bn̄dictio tn̄ fit a ſacerdote ſuꝑ ppl'm ꝑ ſignum
crucis. Chorus vero cōgratulādo rn̄dit. Deo grās.
Imitādo ppl'os qui adorātes eū regreſſi ſunt ī hieruſalē
cum gaudio magno. Et ī fine miſſe ſacerdos ex intima
deuotione legit hymnū triū pueroꝝ. q2 ſacerdos inſtar
pueroꝝ iam exiſtit ex ſumptione ſacramēti in camino
ignis ſumme deuotionis ⁊ vt alter ſymeon poſtq̄ʒ acce
pit pueꝝ ieſum in vlnas cordis ſui ex intimis ſuſpirijs
cātat canticū ſymeonis. Nūc dimittis ſeruū tu. do. ⁊c.
Et ergo d't Bonauentura ī ſermone de corpe chriſti. Si
poſt cōmunicationeʒ nō ſentis aliquā ſpūalem refectio
nem ſignū eſt īfirmitatis tue ſpūalis vel mortis. Ignē
poſuiſti ī ſinum ⁊ nō ſentis calorē. Mel in ore. ⁊ nō ſen
tis dulcedinem. Si vero dulcedinē ſentis aliquā. nō ti
bi ſed diuine tribue bonitati.

Impreſſum Dauantrie. Anno dn̄i
M.cccc.lxxxviij. quarta Septēbri

A 977 208